

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1556

Autre(s) référence(s) : Fauroux 112 / Tabuteau 191 / ARTEM 2758

Auteur(s) : Guillaume, Arques (comte)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1037-1048]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard approuve et souscrit la charte par laquelle Guillaume, comte d'Arques, et son frère Mauger, archevêque de Rouen, donnent à Saint-Ouen, Perriers-sur-Andelles avec ses dépendances, conformément à la volonté de leur mère Papie, et en mémoire de leur père Richard II, et de leurs frères Richard III et Robert le Magnifique.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 189.

Éditions principales

- a. Gurney Daniel, *The Records of the House of Gournay Compiled from Original Documents*, Londres, Nichols, 1848-1858, 4 vol., t. 1, p. 43, appendice III, n° 1.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 523 (extrait).
- c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 112, p. 273-274.

Indications

Du Monstier Arthur, *Neustria Pia seu de omnibus et singulis abbatiiis et prioratibus totius Normanniae*, Rouen, J. Berthelin, 1663, p. 22.

Dissertation critique

Cet acte a été délivré après 1037, date de l'accession de Mauger au siège de Rouen, mais avant la mort de Robert, évêque de Coutances, en 1048 (FAUROUX p. 273).

Texte établi d'après c

Ad honorem Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, sanctæ matris æcclesiæ, antecessores nostri pullulantes celo, alii predia, alii ornamenta, plurimi varia intulerunt beneficia, quatinus laus Dei et exultatio absque interpolatione haberent in ea, et meritis ac precibus Dei servorum ibidem servientium, delictorum cirographum deleretur in secula. Nunc igitur labente in precipitum seculo, contemporales nostri, rabie diabolica instincti, non solum priscos

refugiunt immitari datores, sed et furtim satagunt et aperte data vi diripere, et æcclesiam Dei, per quam sunt regenerati, et in Christo nutriti, incessanter adnichilare. Sed quamvis mors perhennis faucibus nonullos tetris degluciatis jam teneat, et adhuc restent quos totius auctor malitiæ non sinit adquiescere donec æternaliter absorbeat, tamen sunt quam plurimi, Dei benivolentia ammoniti, quos sponsam Christi scilicet supradictam æcclesiam, in quantum suppedit facultas, vita malorum honorare non retardat. Ex quibus, ego Guillelmus, Archensis comes, et frater meus, Malgerius archiepiscopus, villam quæ dicitur Perers, sitam super fluvium qui dicitur Andela, cum appendiciis suis, per voluntatem matris meæ Paveiæ, annuente Guielmo, Normannorum comite, Sancto Petro, Sanctoque Audoeno, et monachis inibi Deo servientibus, perhenniter tradimus, pro animabus parentum nostrorum et nostris, Ricardi videlicet patris et fratrum nostrorum, junioris Ricardi, necnon et Rotberti comitum, quatinus nostra illorumque memoria ibidem habeatur per seculorum secula, et ne quis nostrorum heredum, vel parentum, seu aliquorum hominum, suadente diabolo, huic donationi clamorem sive contradictionem inferat, ex bonis sanctorum et substantia monachorum, libras trecentas denariorum accipimus, ex manibus nostris signo sanctæ crucis hanc kartam firmamus, ut nobis Deus misericordiam suam, hic et in evum, tribuat ac contradictorem hujus rei in inferni voraginem trudat.

+ S. Willelmi ducis. + S. Malgerii archiepiscopi. + S. Rotberti, episcopi Constantiæ civitatis. + S. Willielmi, comitis Arcas. + S. Gradulfi, abbatis Sancti Wandregesili. + S. Isemberti, abbatis Sanctæ Trinitatis.